



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

§. V. Ex mente Divi Bonaventuræ, Divi Prosperi, Divi Gregorij, Divi
Antonini, & Divi Francisci de Sales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

dicat, *probabilius*, sed dicit, *probabile*. Vide quæ dixi d. 11. à n. 123.

N. 59. Scot. Bordon. Maltre. Meren.
Demum legi potest Bordonus in *Propugnac. Opin. Prob. cap. 17.* ubi fultè solvit quæ Merenda affert ex Scoto contra Probabilitas; facile enim Lector colliget plura ad nostrum intentum, nullum autem pro intento Merendæ, ut ostendit Maltreus in 2. d. 5. & Bordon. l. c. relatis pluribus opinionibus Scoti minùs tutis, & minùs probabilibus.

§. V.

Ex mente Divi Bonaventuræ, Divi Prosperi,
Divi Gregorij, Divi Antonini, & Divi
Francisci de Sales.

SUMMARIUM.

- S. Bonav. opinionem stantem pro non confessione circumstantiarum vocat probabilem, etsi oppositam sequatur ut probabilior, n. 60.
Idem ait de diversis alijs opinionibus, ibid.
Procedit sub solo reflexo, ibid.
S. Bonav. ex eo quia opinio nil convincens habeat contra se, & plura habeat pro se, ait eam sustineri posse, atque adeo satis esse objectivam probabilitatem, n. 61.
S. Prosperus ad solam probabilitatem recurrit, n. 62.
S. Gregorius negat necessarium iudicium absolutum de veritate in re incertâ, n. 63.
S. Antoninus insinuat excusari à culpâ, qui sub solo reflexo de probabilitate operatur, n. 64.
S. Franc. de Sales consulit, ut quis Toleti Summam sequatur, adeoque satis certa probabilitas veritatis opinionis, n. 65.

N. 60. S. Bonav. vent.
S. Anctus Bonav. sapissimè utitur solâ probabilitate, suspensio iudicio directo, immo utramque opinionem oppositam iudicat sepe probabilem, adeoque tutam in praxi, etsi sequatur probabilior; hoc autem non facit, quia iudicat dari legem sequendi probabilius, sed quia melius est. Primus textus est in 4. dist. 17. art. 2. qu. 3. ubi sententiam affirmantem nos teneri aperire circumstantias purè aggravantes, vocat probabilem, etsi oppositam sequatur, & vocet probabilior. Secundus in 4. dist. 31. art. 2. qu. 3. ubi quærens, an qui ex concupiscentiâ copulatur uxori, peccet semper mortaliter, quamvis negantem vocet probabilior, & eam sequatur; attamen affirmantem vocat probabilem. Tertius est in 4. dist. 36. art. 2. qu. 3. ubi duplicem opinionem tamquam probabilem trahit; quod idem præstat dist. 39. art. 2. qu. 1. & 2. de iuramento doloso. Ergo ex S. Bonav. licet operari ex solâ pro-

babilitate objectivâ; tum quia oppositam suæ non vocat veram, sed probabilem; tum quia non vocaret probabilem, nisi liceret eam sequi; quomodo autem? Non assensendo directè; nam directè assensur sibi probabiliori; ergo nixus soli reflexo iudicio de objectivâ probabilitate veritatis opinionis oppositæ.

Sed omittis alijs, ecce in terminis nostra sententia ex S. Bonav. in 4. dist. 38. art. 2. qu. 61. 3. ubi quærit, an Summus Pontifex possit dispensare in voto; & relata triplici opinione, primâ affirmante universaliter de omni voto; secundâ, & terriâ limitante, subdit: *Quæ istarum opinionum sit verior, scire non nescire; & satis (N.B.) qualibet sustineri possit, ideo nullam aspero. Siquis tamen veli hanc ultimam acceptare, non occurrat ei inconveniens manifestum, ut dicitur.* Ecce præter licitum ultimum cujusque opinionis certo probabilis, & præter fundamenta, quibus eum probat, & nos probavimus, nempe quòd possit sustineri, & nihil habeat evidens contra se, expresse dicit te nulli adherere directè; immo ideo nulli directè adheret, quia qualibet eas sustineri potest. Quomodo autem hæc duo combinari possunt, nempe se nulli assensuri, & tamen quamlibet à se sine culpâ, seu satis sustineri posse; quomodo, inquam, hæc combinari possunt, non video, nisi quia quælibet est certò probabilis, & per hoc, quòd quælibet talis est, dicit, quòd sine culpâ sustineri possit; sed implicat, ut aliqua sustineri possit suspensio omni directo assensu cujuslibet, nisi per certum reflexum de objectivâ probabilitate iudicium; ergo hoc satis est ad sustinendam opinionem.

S. Prosperus lib. 2. de Vocat. Gentium cap. N. 22. ait: *Non irreligiosè arbitror credi, neque eo-62. convenienter intelligi &c.* Ecce iudicat esse S. Prob. valde probabile, quòd Deus universis Nat. & Min. tionibus eam gratiam largiatur, quâ utique bene uterentur eorum parentes, etiam ipsi (nempe infantes) per eosdem iurarentur. De quo vide P. Muref. tom. de Gratia d. 12. sect. 10. Ecce S. Prosperus ad solam probabilitatem appellat.

S. Gregorius ait: *In rebus dubijs non debet N. iudicium esse absolutum;* id est, omnino fir-63. mum; immo cum omne iudicium directum & Greg. sit absolutum de veritate, nam absolute affirmat, aut negat rei veritatem, quamvis sit opinativum, atque adeo semper cum formidine; hinc omne opinativum directum est quidem absolutum, prout opponitur modo-64. li, non autem prout opponitur incerto; immo omne est incertum, si est intra lineam probabilitatis, quacumque ea sit. Eo autem ipso,

ipso, quod S. Gregor. aperte dicat, non debere, seu non esse necessarium in dubiis ferre iudicium absolutum, eo ipso negat necessitatem iudicii directi opinativi de veritate.

N. 64. S. Antoninus 3. p. tit. 4. cap. 19. §. 11. loquens de Confessario interrogante, quoniam sit complex, ait: Si interroget non ex curiositate, sed ex charitate, puta, quia Prælatus, non credo, quod male faciat. Ecce 1. non dicit, *credo, quod non male faciat*, sed potius exprimit omissionem iudicii directi affirmantis non esse peccatum, si Confessarius interrogans sit Prælatus; & ideo dicit, non credo, quod male faciat. Ecce 2. quâ maturitate S. Antoninus in incertis procedat; tantum abest, quod formet iudicium directum firmum de veritate, quin ne materialiter erret, illud suspendit, & putat, quod Confessarius Prælatus ex solo iudicio reflexo de certâ probabilitate operetur sine culpâ; idem enim est dicere, non credo, quod male faciat, ac dicere, mihi certò probabile est, quod non male faciat. Plura ex S. Antonin. dedi d. 11. an. 11.

N. 65. S. Franc. Sales. S. Franc. Salesius in regendis conscientiis felicissimus consulit, ut quis Toleti Summam legat, & sequatur. Ex hoc autem sanctissimo consilio evidenter inferitur, quod in ordine ad formandam conscientiam satis sit, juxta eundem Salesium, iudicium certum de probabilitate, aut probabilitate. Licet enim Magistris inquit obligatio querendi veritatem, ubi possibilis est, non tamen aliis, cum plerique incapaces sint eam inquirendi: immo præter moralem communem omnibus sapientioribus impossibilitatem, gravioribus se exponerent periculis, illam sine sufficienti doctrinâ querendo, & decidendo hoc esse verum, hoc esse probabilius, &c. Ut ergo hic scopus videretur, suavisimus animarum Medicus consulit, ut quis Toleti Summam sequatur. Quis autem dicet, quod Salesius omnem Toleti opinionem judicaverit esse veram? Quis quod obligaret Lectorem, ut in hoc idem veniret? Satis ergo juxta Salesium fuit, ut judicaret certò probabilem, prout ipse judicavit, (nam consulit sequi Toleti Summam;) ergo ex Salesio ad conscientie regimen satis est certum de objectivâ probabilitate veritatis iudicium. Dico de probabilitate, non autem de probabilitate; tum quia quis mihi testabitur, quod omnis Toleti opinio fuerit D. Salesio probabilior? Quis quod cuique Lectori visa quæ fuerit omnis probabilior? Ergo ex D. Salesio ad rectè operandum satis est certum iudicium de objectivâ probabilitate veritatis

opinionis, seu honestatis actus, & objecti non autem necesse semper est iudicium directum subjective probabile, aut probabilius de opinionis veritate, seu de honestate actus, & objecti.

SECTIO II.

Ex mente celebriorum Thomistarum.

§. I.

Aliqui.

SUMMARIUM.

Retorqueo dictum Gonetii in eundem tuentem neminem assequi mentem D. Thomæ, nisi Thomistas, n. 66.

Est improbabilis opinio, quod nulla lex humana obliget secluso contemptu, n. 67.

Ex Caietano lex, quæ non scitur, non obligat, ibid.

Ex eodem omittens jejunium sub iudicio reflexo, quod lex obligans non sit certa, non peccat, ibid.

Vitatur solo reflexo, quod non videatur mortale, si quis baptizet sine solemnitate, n. 68.

Satis reflexum de probabilitate, ait Caietan. n. 69. 70.

Qualiter cum dubio stet juxta Caiet. certitudo de non peccato, ibid.

Permittit licitum in incertis opinari quodlibet, n. 71.

Nemo obligatur ad iudicium incertum, adeoque ad directum, ibid.

S. Thom. non semper solvit rationes oppositas, adeoque falsum Fogarini principium, n. 72.

Ferrariensis resolvit dubia per solum iudicium reflexum, n. 73.

Durandus est aliquam opinionem stantem pro lege iudicet probabilem, quia tamen non est certa, sequitur stantem pro libertate, n. 74.

Juxta Durandum satis iudicium reflexum, ibid.

M. Victoria resolvit reflexè, n. 75.

M. Soto ait, quod quamvis quis iudicet aliquam opinionem esse falsam, excusabitur à culpâ, si eam sequatur iudicans probabilem, n. 76.

Idem M. Soto plurima resolvit per solam probabilitatem veritatis, n. 77.

Ait legem, quæ non est certa, non obligare, ibid.

Ait satis iudicium, quod opinio sit communis, ne quis peccet, n. 78.

Non est idem opinionem esse communem, ac esse veram, ibid.

M. Medina resolvit tantum reflexè plura dubia, n. 79.

Aliqua opiniones fuerunt antiquis probabiles, hodie improbabiles, ait M. Victoria, & M. Soto, ibid.

Audivi-